



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

V. Quod presbyteris liceat priuatim benedictionem desiderantibus
impertiri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

quocumque habitasset transferendos. Plebi quam acceperit ex constitutionis huius permisso benedicere, & vt supra definitum est, in vna eademque ecclesia neophytos confirmare, in castellis ac vicis totum illi ante presbyteros sicubi venerit liceat, quod in ciuitatibus omnino præscribitur.

V.

Et inter minutas has discussiones & indefinitas visum est, omni presbytero per familias, per agros, per priuatas domos, pro desiderio fidelium, facultatem benedictionis aperire, quod nonnullas iam prouincias habere succurrit. Huic autem etiam in ecclesiarum plebibus, per loca tamen magis, quam per vrbes, hoc idem visum est esse tribuendum. In ecclesia quoque, in qua ordinatus fuerit, consecrandi virginem, sicut confirmandi neophytum, ius habebit. Et per omnia, vt sit multæ indulgentiæ testimonium, semper se inferiorem episcopo, superiorem presbytero agat. Mandatis votisque omnium sanctorum prosequentibus viuat in timore Domini, quietem colat, Deo seruiat, Synodi circa se beneuolentiæ gratias agat, semperque indignum se indultis, & negatis imparem esse fateatur.

Burchard.
lib. 2. 89.

VI.

In commune autem, omnes qui conuenerant sacerdotes, sibimetipsis contra huiusmodi scandala præcauendum censuerunt. Itaque propter eiusmodi temeritatem, tali definitione consultum est, vt de cetero obseruaretur, ne quis ad eam ecclesiam, quæ episcopum perdidisset, nisi vicinæ